



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Decimasexta Conclusio. Reus sufficienter tortus, si nihil confessus fuerit, sed in negatiua perseuerauerit, liber dimittendus & relaxandus est.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

duo sunt defessi, & volunt dormire, alij duo noui subrogantur in locum illorum, & non permittunt vnquam dictum reum dormire & quiescere, donec omnia confiteatur, promissa sibi quiete, & in duab<sup>9</sup> noctibus & vno die hoc modo defatigabitur, & confitebitur. Fatetur Marsil. sæpè se vsum hoc tormento contra obstinatos & nõ timentes tormèta, & ait: Verè nemo tã ferox inuenitur, qui huic tormèto possit resistere. Quando aut suspicio oritur maleficã penes se habere aliquid maleficij ad inducendam taciturnitatem, solent curare iudices, vt proprijs vestibibus exuatur, ne aliquod maleficium in futurum habeat. Eãdem ob causam pilos vndique iubent abradi, vt DD. mallei maleficarum, Damhauderius, Ioannes Bodinus, & post eos alij iuniores obseruãrunt.

*Decimasexta Conclusio. Reus sufficienter tortus, si nihil confessus fuerit, sed in negatiua perseuerauerit, liber dimittendus & relaxandus est.*

**H**ANC tenent Eymericus in 3. part. direct. in cap. de tertio modo terminandi processum in causa fidei per tormenta. Francisc. Pegna ibid. in comment. 39. Paulus Grilland. de quæstionib. & tort. q. 7. num. 11. Marsil. in d. L. Repeti. Iacob. de Bellouiso in tract. crimin. in tit. de quæstionib. Marsil. & Alberic. in L. Edi-

Edictum. ff. de quæst. Anton. Gomez. in d. ca. 13. num. 28. & alij alibi. Ratio est, quoniam per torturam indicia purgantur, vt communiter Doctores loquuntur, quasi sufficienter tortus ipsam veritatem dixisse videatur, iuxta illud Ciceron. in Topicis ad Trebatium, allegatum in d. L. Edictum: Verberibus torti, & igni fatigati, quæ dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere, &c. & dicit Alberic. in d. L. Edictum, & post eum alij, quod communiter totus mundus ita tenet & seruat.

Verum hoc loco incidit dubium apud DD. An talis qui per dura tormenta se purgavit, & nihil confessus est, absolutè sit dimittendus, & plenè absoluendus: An verò causa indecisa sit relinquenda, & sic tortus sit relaxandus sub fideiussoribus.

Simpliciter absoluendum arbitrantur Eymericus, Francisc. Pegna, Iacob. de Bellouiso, Bartol. in L. fin. num. 1. de quæst. Angel. in tractat. malefic. in verb. Fama publica, &c. prope finem. Cæpol. in cons. crimi. 32. incip. Quidam rustici Vicentini. Anton. Gomez. loco cit. Hanc sententiam de iure etiam tenendam, videtur sentire Iulius Clarus lib. 5. §. fin. pract. crim. q. 62. num. 2. & q. 64. num. 38. & ita etiam de iure plenè absoluendum censet Damhauder. in rerum criminal. praxi, cap. 40. & alij alibi. Alij contendunt in tali casu reum relaxandum & absoluendum sub fideiussoribus, &

causam indecisam relinquendam. Pro hac sententia sunt Salycet. in L. Si qui adulterij. C. de adult. & in L. Ea quidem. C. de accusat. col. penult. & in L. Quisquis. C. ad L. Iul. Maieft. & ibidem Angelus Perusinus. Paris de Puteo in tractat. Syndicatus, in parte, Viso de repetitione torturæ. Alberic. in L. Diuus Marcus. ff. de offic. præsid. Marfil. in L. Repeti. colum. 8. & in pract. crim. §. Quoniam. num. 49. qui dicit, quod communis practica totius Italiæ est, apud peritosius dicentes, vt in tali casu accipiat Iudex fideiussores à reo de se representando ad mandatum Curia. Boërius in decis. 163. nu. 15. & 16. & dicit etiam Caruita super ritu magnæ Curia, 248. num. 18. vt eum allegat Iulius Clarus in d. q. 62. num. 2. communiter obseruari, quod hoc casu inquisitus præstet fideiussores de stando iuri, & se præsentando toties, quoties fuerit requisitus. Iulius Clarus attestatur in hoc casu in Ducatu Mediolanensi reum non absolui definitiuè, sed stantibus rebus prout stant, & tunc si deinde superueniant noua indicia, de nouo contra eum proceditur non obstante tali sententia, & alibi etiam talis obseruantia viget. Damhaud. dicit apud eos receptum esse in practica, vt si noua indicia intra aliquod tempus pro Iudicis prudètia, quo in carcere post purgationem indiciorum per torturam reus conseruatur, non superuenierint, reus ex omnibus vinculis liberetur, pri-  
stinæq;

inæq; libertati, qua ante capturã fruebatur,  
 restituatur. Quousq; hoc est, donec denuò in  
 iudicium accersetur: sine ampliori & plenaria  
 absolute. Ut varietas sententiarum melius  
 perspiciatur, & quantum fieri potest, concilie-  
 tur, quid rectius & tutius sentiendum ex om-  
 nibus, quantum consequor, distinctè resoluã,  
 præmissis aliquibus, quorum primum sit: In  
 iudicis arbitrio & prudentia consistere, quan-  
 do indicia per torturam sufficienter censean-  
 tur purgata. Ioan. Andr. in cap. Cùm in con-  
 templatione, de regul. iuris. Augustin. de Ari-  
 mino in addit. ad Angel. in tract. malefic. in  
 verb. Comparent dicti inquisiti. Marsil. in L.  
 quæstionis modum. ff. de quæstionib. & post  
 hos Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iudic. qq. casu  
 273. Secundum, cùm casus præsens clarè à iure  
 non sit decisus, ut Gomez. rectè fatetur in d.  
 num. 28. à principio, atq; notabilis, & in praxi  
 quotidianus etiam sit, optimum est observa-  
 re, quæ sit praxis summarum curiarum, qui-  
 bus solent præesse viri eruditione & pruden-  
 tia conspicui: Hi enim iudicium ferunt secun-  
 dum æquitatem & rectam rationem, & certè  
 talis practica in loco pro lege habenda, ubi re-  
 cepta est. Tertium: Circa talem tortum confi-  
 derandum, quod fideiussio potest concerne-  
 re, seu pro obiecto habere: aut pœnam aliquã  
 pecuniariam: aut expensas iustè caussatas ra-  
 tione ipsius rei: aut corporalem aliquam cri-  
 minis

minis pœnam. Nunc pro resolutione dico in primis iuri conformiorem esse primam opinionem, quod purgatis indicijs, reus simpliciter & definitiuè absoluendus sit. Hanc tenent ut plurimum DD. primæ sententiæ, & probatur primò per regulam illam, Actore, vel Accusatore non probante, reus debet absolui. L. Actor quod esse. C. de probat. L. Qui accusare. C. de edendo. & hæc regula intelligenda de plena absolutione. Deinde, per text. in L. fin. ff. de calumniatorib. seruus tortus precedentibus indicijs, & non confessus plenè absoluitur. Bald. ibid. notat expressè, & alij, & in cap. Quotiens. & cap. fin. de purgat. canon. qui stantibus indicijs cum purgatus fuerit, definitiuè statim absoluendus. Rationem huiusmodi fundamentalem adfert Gomezius. Si talis caussa remaneret indecisa, reus accusatus, vel inquisitus remaneret in maximo damno & periculo, cum esset aperta via inimicis & sibi odiosis, ut possint quotidie super illo delicto inquietare & molestare, quod non est permittendum, imo malitijs hominum obuiandum. L. 1. §. Cum quis latrones, ff. de quæstionib. & in L. 2. ff. solut. matrim. Alia adfert Gomez. & soluit fundamenta alterius partis. Dico secundo, quando indicia per torturam pro iudicis, aut iudicum prudentia & matura censura sufficienter non essent purgata, licet pro tempore veritas

non

non possit haberi, tunc Iudex possit reum relaxare, & absolueretantibus rebus, prout nūc, cum fideiussione de se repræsentando ad requisitionem & mandatum Iudicis, toties, quoties requisitus fuerit, & in tali casu, meritò Iudicis sententia potest suspendi, & reus cum fideiussione relaxari, si fortè breui alia indicia superuenirent: & sic practica alterius sententig optimè locum habet. Tertio, quando indicia multum sunt vrgentia, & quasi indubitata, tunc etiam post grauem torturam, & perseuerantiam in negatione potest reus condemnari ad pœnam aliquam extraordinariam, vt post Boslium in tit. de inquisitione, num. 30. Julius Clar. in d. q. 64. num. 38. & alij docent. Et dicit Clarus apud eos obseruari, vt in tali casu, si indicia sint valdè vrgentia senatus reos condemnet ad pœnam extraordinariam, puta triremum ad tempus, & aliquando etiam in perpetuū, præsertim quando reus est valdè famosus. Quarto, quando agitur criminaliter, reus pro criminis pœna corporali non dimittitur cum fideiussione, per tex. in l. 3. ff. de cust. & exhib. reor. vbi dicitur: Nisi tam graue scelus ipsum commisisse constet, vt nec fideiussoribus, nec militibus committi debet, &c. DD. communiter ibidem. Gloss. in cap. Cùm homo. 23. q. 5. Bald. in L. Neq; C. Nefil. pro patr. & in L. Nullus. C. de exhib. reis. Angel. ab Aretio in tractat. malefi. in verb. Pro quibus Antonius

fideiussit. Salycet. in L. Ad commentarienses. ff. de custod. reor. Petrus Ancharan. & Ioann. Imolen. in Rub. de fideiuss. Marfil. in pract. §. Examinanda. num. 12. & in §. Attingam. nu. 2. Anton. Gomez. tom. 3. variar. resolut. cap. 9. num. 8. Couarru. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. n. 8. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. practi. crimin. q. 46. nu. 7. & hæc est communis opinio. Ratio à DD. redditur, quia nemo est dominus membrorum suorum, nec vitæ propriæ. cap. Contingit. de sent. excomm. & L. Liber homo. ff. ad L. Aquil. Hinc nemo potest se obligare, aut fideiubere ad pœnam corporalem, exempli gratia, ad subeundam pœnam mortis, aut mutilationis, &c. pro suo principali: Nectalis obligatio, aut fideiussio valeret, aut aliquam vim haberet, iuxta Gloss. in d. cap. Cùm homo, in verb. supplicium. quæ Glossa ab omnibus recepta est, vt ait Couarru. loco cit. & videre est ex Felino cap. 2. de constit. & Marfil. in Rub. de fideiuss. q. 29. & Iulio Claro in d. q. 46. num. 18. Quinto, si reus absoluitur cum fideiussione, intelligitur, quod teneatur consignare, aut sistere reum ad iudicis requisitionem sub pœna pecuniaria certa, si sub certa conuentum sit: si autem certa non sit promissa tunc pœna pecuniaria iudicis arbitrio decernitur, nisi statutum aut consuetudo pœnam certam habeat. per text. in L. 4. ff. de custod. reor. Bart. & DD. ibidem. Salyc. & alij in L. penult. C. de custod. reor.



feor. Gloss. Archid. & alij in d. cap. Cùm ho-  
mo. Abbas & Anchar. in Rub. de fideiuss. Fe-  
lin. in cap. fin. de accusat. & post alios plures  
Gomez. loco cit. Vnde sæpè contingere solet,  
quod reus absoluat sub fideiussione de sol-  
uendo certam summam, e. g. 200. aureos, quã  
summam fideiussor soluere tenetur, nisi reum  
& suum principalem consignet. Eadem ratio-  
ne potest fideiussio tendere ad solutionem ex-  
pensarum, & interesse, quando iustæ expensæ  
fiunt in causa rei.

*Decimaseptima Conclusio. Tortus  
aderuendam veritatem, si in negatione per-  
sistit, & indiciã precedentia tortura suffi-  
cienter purgavit, & absolutus est, non infamatur  
per torturam.*

**B**ARTOL. in L. Nullam. C. Ex quibus causis  
infamia irrogetur. Addit. ibid. Bald.  
Salycet. Iacob. Butr. & Paul. Castrens. in ead.  
L. per text. ibid. Francisc. Brunus de indicijs &  
tort. q. 8. secundæ partis, num. 3. Berthachinus  
in Repertorio, in verb. Tortura, num. 70. Vn-  
de ait Iacob. de Bellouiso in tract. crimina. de  
quæst. fol. 88. col. 3. vers. Et sic ex prædictis col-  
ligo, &c. quod beatus homo, qui se omninò  
tenere potuit in tormentis, quoniam absolue-  
tur, & melior quàm ante accusationem repu-  
tabitur, cùm prosperè & feliciter se purgaue-  
rit à